

67.

König Philipp bekrundet, daß in seiner Gegenwart Markgraf Dietrich mit seiner Genehmigung und durch seine Hand die bisher zur Mark Meißen gehörenden Güter, das Dorf Kottwitz, eine Mühle zu Grimma mit 30 Juchert Wald und eine Mühle zu Chotwitz (Kottwizmühle an der Trübisch?) mit einer dabeiliegenden Insel dem Kloster Altzelle geschenkt, die Mark aber durch Einverleibung seiner bisherigen Eigengüter zu Birnwitz entschädigt und dieses von ihm zu Lehn empfangen habe. — Zeuge: Graf Dietrich von Groitzsch. Eger, 1203 April 23.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 130. S. an gelben und braunen Seidenfäden = Heffner IV. 40.

Gedr.: Schultes, Direct. dipl. 2,419. Böhmer-Ficker 78 (falsch April 24).

Ann.: Dorsale (gleichzeitig): De predio in chottenewiz. Altzeller Handl. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 3. 10
Ann. 1 und S. 22. Die Zeugen deuten so bestimmt auf das Osterland, daß sie nicht Zeugen der Bekruchtung, sondern der wahrscheinlich zu Altenburg vorgenommenen Handlung sein werden. Vergl. Böhmer-Ficker 77.

Philippus dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Cum ea, que in nostre maiestatis presentia rationabiliter fuerint acta, | non tantum testimonio nostro sint appro-
banda, verum etiam, ut inviolabiliter in evum permaneant, aucto|ritate regia sint confir- 15
manda, universis presentem paginam inspecturis duximus innotescendum, | qualiter dilectus
consanguineus noster Theodericus marchio Misnensis in nostra presentia constitutus bona
quedam, que ipse ratione marchie Misnensis in feudo ab imperio tenebat, cum aliis qui-
busdam possessionibus, que titulo vere proprietatis ad ipsum pertinebant, concessione
nostra nomine concambii commutavit et facto concambio, ut rationabilius eadem bona 20
et firmiter permanerent ecclesie, per manus nostras ad Cellam sancte Marie contradidit.
Sunt autem hec bona, que supra dicte ecclesie per manus nostras sunt donata, villa, que
Chottenwiz dicitur, et molendinum quoddam in foro Grimme cum xxx iugeribus silve et
aliud molendinum Chotwiz dictum cum insula adiacente et omnibus predictorum attinentiis.
Pro his autem bonis predium quoddam Birniz dictum marchie Misnensi assignando 25
contradidit atque a nobis feudali iure recepit. Hec igitur quia rite per manus nostras
sunt peracta, factam donationem predictę ecclesie confirmamus et confirmatam perpetuo
stabilem esse volumus decernentes et regio edicto precipientes, ut nulli unquam persone
hanc confirmationis nostre paginam licitum sit infringere vel ei aliquo improbitatis ausu
obviare. Testes huius rei sunt: Hertwicus Eistedensis episcopus et regalis aule cau- 30
cellarius. Otto Frisingensis episcopus. Bernhardus dux Saxonie. Theodericus comes
de Groiz. Gebehardus comes de Dolinstein. Meinherus burggravius de Misne et filius
eius Meinherus. Theodericus burggravius de Aldinburg. Erkinbertus burggravius de
Dewin. Albertus de Droize. Erkinboldus de Wizinvels. Hartmannus^a) et Cvnradus
de Lobdeburg. Fridericus de Crozvel. Bernhardus de Tribezin et filius eius Henricus. 35
Fridericus de Groiz. Otto de Zedeliz. Albertus de Burnin. Herbordus de W̄rzin.
Henricus de Camburg. Guntherus de Rochisberg. Anno de M̄chil. Actum anno ab
incarnatione domini m̄. cc̄. iiii., indictione vi.; data apud Egram viii. kal. mai^b).

(S.)

t
67. a) hartmannus. b) egram viii kl. mai, etwas unter der Linie, scheint nachgetragen.